FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Papatus Prōton Pseudos, Seu Primum Falsum

Rechenberg, Adam

Lipsiae, [1701?]

VD18 1158694X

Register

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200362

Visual Library

INDEX RERUM ET ORDO

in hac

DISSERTATIONE.

§. I. Controverſia Evangelicos inter & Pontificios praecipua eſt; an CHRISTI Eccleſia ſit ſtatus monarchicus?

§. II. Pontificii hanc quaeſtionem adfirmant:

§. III. Proteſtantes vero & Evangelici negant.

§. IV. Quia ejusdem aſſertio & praxis (1) incarnationis CHRISTI fini repugnat:

§. V. (2) Inſtituto vitae & morum CHRISTI:

§. VI. (3) Officio CHRISTI:

§. VII. (4) Officio & praxi Apoſtolorum.

§. VIII. Objectio *prima* de primatu S. Petri monarchico diluitur.

§. IX. *Secunda* Objectio pro primatu illius refellitur:

§. X. Item *Tertia*.

§. XI. Inſtructio divina circa Officii Apoſtolici partes, nihil continet, quod ſtatum ſapiat.

§. XII. Quod ex partium ad *ſtatum condendum* neceſſariarum defectu, & Apoſtolorum officii ratione probatur.

§. XIII. Item, ex Eccleſiae Chriſtianae interna ſtructura & indole.

§. XIV. Porro ex veterum Chriſtianorum moribus, qui a novo ſtatu in Republica formando abhorruerunt, teſte Tertulliano.

§. XV. Ordo in Eccleſia, quod doctores & auditores atti-

net, neceſſarius conſtitutus; non vero ſtatus Imperii Chriſtianiſmo noxius.

§. XVI. Pontificii abuſu poteſtatis *eccleſiaſticae* & *ſpiritualis*, & *politicae* ac *ſecularis* diſtinctione, verum *ſtatum* in Eccleſia incruſtant.

§. XVII. Quando & quo auctore iſte ſtatus monarchicus in Eccleſia ad *ἀκμὴν* ſeu faſtigium emerſerit.

§. XVIII. Fucus, quo iſte ſtatus illinitur aut tegitur, ex Gregorii VII. Papae Dictatibus & Scriptoribus Pontificiis oſtenditur, ſimulque abſtergitur.

§. XIX. Bellarmini novus fucus indicatur & diluitur.

§. XX. Ejusdem aperta aſſertio tyrannidis Papaeae rejicitur.

§. XXI. Argumenta ejus, & aliorum, pro monarchico ſtatu ſeu tyrannide, ex politicis placitis deſumta, inepta eſſe demonſtrantur.

§. XXII. Non obſtat noſtrae aſſertioni, quod regimen aliquod externum in vera Eccleſia eſſe debeat.

§. XXIII. Regimen Eccleſiae Pontificium, legitimo ſtatui civili Principum derogat, eique noxium ac majeſtati adverſum.

§. XXIV. Cauſa inde deducitur, cur dogmata cleri & curiae Romanae praecipua, ad auctoritatem Pontificis tuendam, & opes cleri amplificandas referantur.

§. XXV. Hinc & Papa ſupra concilium collocatur.

§. XXVI. Ex quibus tandem concluditur, hunc R. Pontificis in Eccleſia Statum monarchicum ſtabilitum repugnare juri divino, voluntati CHRISTI, Apoſtolicae doctrinae & veteris Eccleſiae Chriſtianae praxi ac inſtituto; terminum tamen illi imminere peremtorium.

EXI-

EXIMIO JUVENI,

DOMINO

M. JOH. CASPARO RHEINIO,

felices in S. literarum ſtudio progreſſus

adprecatur

D. A. RECHENBERG.

Cum omnes bene nati juvenes ſtudioſi in id navare operam ſtudiis debeant, non tam ut docti, quam ut meliores evadant, atque Deo & proximo eruditionis fructum conſecrent; tum maxime hunc ſcopum ſibi præfixum habere S. Theologiæ cultoribus convenit; quippe quæ dicente Apoſtolo, eſt cognitio veritatis ſecundum pietatem. Inde quicquid ab iis recte diſcitur, ad morum ſanctitatem, quae ex fide in Chriſtum provenit, & DEI honorem referendum venit. Atque hunc ſcopum tuæ induſtriæ, RHEINI *nobiliſſime*, in literarum ſtudio fuiſſe hactenus, merito atteſtor. Priusquam tamen ſacram hanc diſciplinam excolere magis incumberes, recte atque ordine feciſti, quod, ne illotis manibus illam attrectares, eruditione philologica & meditationibus philoſophicis animum polire non inſuper habuiſti. Audivimus enim Te ex s. umbone academico erudite bis perorantem publice: vidimus etiam Te in cathedra philoſophica, ex merito

rito ſuprema laurea ornatum. Nunc ad ſcopum propius tendis. Nam etſi argumentum, quod a me ſuppeditatum fuit, non ipſam ſalutarem Chriſti cognitionem tangit; ad illam tamen a myſterio iniquitatis ſervandam puram, plurimum facit. Intereſt maxime, ſcire, quae vera Chriſti ſit eccleſia, in qua media ſalutis aeternae diſpenſantur, ſanctaque ejus doctrina ſonat. Qui Pontificiis imbuti ſunt placitis, vocabulum *Eccleſiae* ſubinde crepant, idque ſuae unice ſectae competere contendunt. Nobis, qui Chriſti & Apoſtolorum doctrinam ſimplicem ac humilem ſequimur, illi haereſeos crimen objiciunt, aut rebellionis nos convitio notant. Quam improbitatem merito in hac diſſertatione vindicaſti, quando πρῶτον Papatus ψεῦδος in compendio oſtendiſti. Conatus hic tuus aequis rerum aeſtimatoribus non diſplicebit. Macte ergo hac tua induſtria, coeptumque hunc ſtudiorum curſum urge. *Venerandi maxime atque optimi tui Parentis* veſtigia in hoc itinere intuere, illaque preme, ac cum induſtria pietatem geminare non intermitte. Sic DEUS ſtudia tua proſperabit, atque aliquando coronabit ex voto. Id quod ex animo precor. Scribeb. raptim d. XIIX. Jun. A. C. MDCDCCI.

FH2

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle